AUGUSTINUS
12. Jh. Seite 32r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift



in templo ierl'm post etiam pfectionem eoꝝ in egyptum · in men
tem illi uenerit querere animam pueri · & necare tot paruulos ·
si hoc ḡ mouet · omitto dicere · quot & quantis occupationib;
regia cura distendi potuerit · & p plurimos dies ab illa intentione
uel auerti om̄ino uel impediri · neq; enim enumerari possunt
cause q̄b⁹ hoc potuerit accidere · quas tam̄ multas & magnas
ēē potuisse · nemo ita rerū humanarum inexpertus est · ut aut ne
get aut dubitet · cui⁹ enim cogitationi non occurrat · quā multa
alia terribiliora regi nuntiari potuerunt · seu uera · seu falsa · ut
qui regem infantem post aliquot annos sibi uel filiis suis aduer
saturum timuerat · aliquoꝝ magis ppinquantiū piculoꝝ terro
rib; agitat⁹ · ab illa cura mentem abreptam · in aliis proxime ca
uendis poti⁹ occuparet · ut ḡ hec omittam · illud dico · postea
quā nichil herodi magi renuntiauerunt eū credere potuisse · illos
fallaci stelle uisione deceptos · postea quam non inuenerunt · quem
natum putauerant · erubuisse ad se redire · atq; eū timore depul
so ab inquirendo puero quieuisse · Cum ḡ post purgationē
matris ei⁹ in ierl'm cum illo uenissent · & ea gesta ēēnt in templo
que a luca narrantur · quia uerba symeonis & anne de illo pro
phantiū · cum cepissent ab eis qui audierant predicari · ad pristinā
intentionē reuocatura erant · animū regis · admonit⁹ p somniuoꝝ
ioseph cū infante & matre ei⁹ fugit in egyptū · deinde uulgatis
reb; que in templo facte dicteq; fuerant · herodes se amagis sensit
illusum · ac deinde ad xp̄i mortem cupiens puenire · multos in
fantes sic̄ mathe⁹ narrat occidit · Matheus ḡ de iohanne ita
contexit · In dieb⁹ autē illis uenit iohannes baptista p̄dicans in
deserto iudee dicens · Penitentiam agite · appropinquabit enim
regnum celoꝝ · hic est enim qui dict⁹ est p ysaiam pphām dicen
tem · Vox clamantis in deserto · parate uiam dn̄i · rectas facite